

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

LXXXIV. Differentia 10. Matrimonium metu contractum secundum Canones
ipso iure nullum est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

* LXXXIV.

DIFFERENTIA 10.

Matrimonium metu contractum secundum Canones ipso iure nullum est. c. Cum locum. 14. &c. seq. De sponsal. c. significavit. De eo, qui dux. in uxori. Iure civili autem valet. l. si patre 22. tit. De ritu nupt. l. si mulier. 21. tit. De eo. quod metus causa. Canisius 35.

Metus in genere est instantis periculi aut futuri causae mentis trepidatio. l. 1. cit. eod. Alius gravis, alias levis. Gravis de malo quod virum constantem metu commovere queat, puta mortis, mutilationis, servitutis, longi carceris, & simil. Vbi conditio personae confideranda. Nam respectu feminæ vel adolescentis censeri potest grave malum, quod à viro forti contemneretur *V. Vallens. l. 1. Tit. 40. n. 9. & 10.*

Iam orta questione, an matrimonio metus obfit, decisionem ex e. cit. Cum locum. De sponsal. per Alexandrum 111. habemus. Cum locum non habeat consensus, ubi metus, vel coactio inferredit, necesse est, ubi assensus cuiusque requiriatur coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur, & ubi de ipso queritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, & sequatur exitus qui de invitatis solet nuptijs provenire. Hinc Canonum Interpretes, & Thol. g. uno consensu firmarunt assertiōnē de nullitate matrimonij per metum contracti. Metum intellige non qualēcumque etiam vanum & levem: sed qui in virum constantem cadit: qui tamen

respectu personæ in feminis facilius reperitur. c. Indignantur. 32. Q. 6 & argum. c. sicut dignum. De homic. 12. Or. 1. l. 5. c. 14. Q. 13. Sanch. l. 4. D. 3. & sequi Bonac. Tom. 1. p. 284. Laym. l. 3. Tract. 4. c. 6. Fill. Tr. 10. p. 1. c. 4. Comitel. l. 1. Q. 122 & l. 3 q. 3. & 4. Escobar. Tract. 7. Exam. 9. 11. juris civilis mentem Celsus expedit l. 22. cit. si patre cogente ducit uxorem filius, quam non duceret, si sui arbitrij esset, contraxit tamen matrimonium, quod inter invitatos contrahitur. In lege præced. ita textus habet. Non cogitur filius fam. uxorem ducere. Ideo Gottfr. illud si patre cogente, interpretatur suadente, hortante, admodum urgence. Quo admisso inter Canones & leges non est contradic̄tio, sed ab his. & illis contrafacta metu gravi iniuste incusso matrimonia damnantur propter defec̄tum libertatis, & gravia incommoda, que inde manare solent. Divinā an humanā lege ita constitutum sit, ali disquirant, ad nostrum propositum aut nihil aut perparum intereat.

**

Xl. DIF-